1267 Donnation faite aud hostel dieu

Combles

cent vingt sept lettres trois cent quarante neuf 2 D

Ego Petrus dictus li rais miles. Notum facio omnibus presentes litteras inspecturis. quod cum pauperes domus dei ante fontem Ambianensem haberent in orreo meo apud Cumulas tres minas frumenti annui redditus. ex dono et elemosina predecessorum meorum a tempore a quo non extat memoria ipsis pauperibus facta. site super duobus arpentis terre arabilis. site in essartis de Cumulis. in loco qui dicitur es chasnes au roi. contiguis terre Roberti de Marchesio. Ego dicta duo arpenta terre arabilis ipsis pauperibus in recompensationem dicti redditus quitto. dono. imperpetuum et concedo. et eisdem dicta duo arpenta terre laudo in manum mortuam sibi libere perpetuo possidenda pacifice et quiete. promittens fide data. et per sollempnem stipulationem ac sub ypotheca rerum mearum quod contra assignamentum huiusmodi per me vel per alium non veniam in futurum. et quod in dicta terra nichil iuris de cetero reclamabo. me. et successores meos cum omnibus bonis meis et successorum meorum eisdem pauperibus obligando. beneficio restitutionis in integrum conditioni indebiti et conditioni sine causa expresse renunciando. In cuius rei testimonium presentibus litteris sigillum meum apposui. Actum Anno domini M. CC. LX. septimo mense decembri. —

bien

Litt[er]a de duob[us] arpentis t[er]re sitis [in] p[ar]rochia de chenesia in loco qui di[citu]r es esarz ap[u]d combles

Combles prope plessi